This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Der Anticlaudianus,

(Fortsetzung der Abhandlung des Jahres 1879)

von

Dr. O. Leist.

Beilage

zum

Programm des Gymnasiums zu Seehausen i. d. Altm.

Ostern 1881.

Stendal,
Druck von Franzon & Grosse.

1881. Programm No. 214.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illic (in diesen Bildern) arma parat logico logicesque palaestram
Pingit Aristoteles, sed eo divinius ipsa
Somniat arcana rerum coelique profunda
Mente Plato*) sensumque dei perquirere temptat.
More suo Seneca mores ratione monetat,
Optimus excultor morum mentisque colonus.
Divitis ingenii vena Tholomaeus (Ptol.) abundans,
Devectus superas curru rationis in arces,
Colligit astrorum numeros, loca, tempora, cursus.
Verbi pauperiem redimit splendore colorum
Tullius et dictis ornatus fulgura donat.
Virgilii musa mendacia (p. 32**) multa colorat
Et facie veri contexit pallia falso.**)
Hic vigor et sensus aequali munera lance
Pensant: Alcidem vigor armat, sensus Ulixem.
Ne mentem fermentet opum convictus, abunde
Fundit opes Titus et munera cogit abire.
Militat instantis fervens audacia Turni,
Ense tonans ignara metus et prodiga vitae,
Hippolytique pudor Veneris subductus habenis
Gaudet, et exempto luget Cytherea pudore.
Has species rerumque tropos et somnia veri
Regia picta tenet, tanto festiva decore.
Sed minus***) in vultu gestans insigne decoris
Postremos subtristis habet pictura penates.

Hier scheint die Natur nicht ihre ganze Kraft geübt, oder gar im Zorn einen Fehler begangen zu haben, und dem schlechten Bilde hilft nicht die prachtvolle Fassung auf.

Ich habe jüngst noch eine zweite Handschrift des Gedichtes vergleichen können, auf die ich von Herrn Dr. Franke in Kiel aufmerksam gemacht wurde, und die mir von der Universitätsbibliothek in Kiel gütigst überlassen worden ist. Ungefähr aus derselben Zeit wie die wolfenbüttler ist sie ungleich nachlässiger geschrieben, und sie entbehrt der prosaischen Vorrede; ebenso fehlen alle Bemerkungen des Schreibers. Der Text zeigt keine Abweichung, die wesentlich wäre, auch die Anzahl der Verse ist dieselbe; einzelne Auslassungen gehn auf Rechnung der Nachlässigkeit.

*) Hier zeigt sich gleich der Platoniker, das Urteil über Aristoteles unten lautet noch ungünstiger. Dagegen nennt diesen de laude divinae sap. dist. II., 31 divinum magni pectus Aristotelis. I., 71: solem soli.

**) So beide Handschriften; ich habe daher nicht corrigiert, obgleich es ein sonderbares Bild gibt: Er bedeckte das Kleid der Wahrheit mit falschem (die Fehler gegen das Geschlecht sind häufig!) Angesicht. Ich bemerke gleich hier, dass ich einige auffallende Fehler nicht corrigiert habe, wenn sie auf Rechnung des Autors zu setzen waren. So schwankt er im abhängigen Fragesatze zwischen den Modis, den Conjunctiv verbietet in vielen Fällen das Metrum.

***) Aber die Hinterseite des Hauses nimmt ein Bild ein, das nicht die heitere Herrlichkeit des Ruhmes darstellt, sondern einen trüben Eindruck macht.

Digitized by Google

174. Illic pannoso plebescit carmine noster
Ennius et Priami fortunas intonat; illic
Maevius, in coelos audens os ponere mutum,
Gesta ducis Macedum, tenebrosi carminis umbram
Pingere dum temptat, in primo limine fessus
Haeret et ignavam quaeritur torpesere musam.
Illic praecipiti Nero fulmine concutit orbem,
Indulgens sceleri cogit plus velle furorem,
Quam furor ipse velit, quidquid destillat ab illo
Nequitiae, totum sese partitur in orbem.
Illic dives eget, sitit aurum totus in auro
Midas nec metas animo concedit habendi,
Militis excedit legem plus milite miles
Ajax, militiaeque modus decurrit in iram.
Fractus amore Paris Veneris decoctus in igne,
Militat in Venere, dum militis excutit actus,
Damnose compensat in hac, quod perdit in armis.
In Davo*) propriam miratur noctua formam
Et vultus peccata sui solatur in illo.
Ergo naturae quidquid munuscula plene
Non capit, aut ejus modicam subterfugit artem,
Inscriptum thalamo picturae fabula monstrat.**)

---

*) Davus ist in allen Gedichten dieser Zeit, in dem unsrigen öfter, das Beispiel eines hässlichen, untauglichen Menschen. So im Architrenius (Forschungen zur deutschen Geschichte XX., 3) p. 490: praemia, quae Davus recipit, meruisset Homerus.

Dieses Gedicht gehört übrigens auch zu denen, die die Allegorie einer Reise enthalten. Aber sie geschieht auf der Erde und endet in der Wohnung der Natur. (Es ist 1184 von Johann von Anville, also auch einem Nord-Franzosen, geschrieben, und Auszüge daraus nach Handschriften sind an dem angegebenen Orte von Dr. Franke gemacht, mir war es bisher unbekannt. Leider reichen die Auszüge nicht aus, um es zur Vergleichung heranzuziehen, da sie wesentlich vom culturhist. Interesse aus gemacht sind. Der alte Druck des Gedichtes ist selten und mir nicht zugänglich gewesen.)

**) Zu ähnlichen Ausführungen benutzt Bernhardus S. de universitate den Gedanken, dass in den Sternen die Geschicke vorgebildet sind p. 16, 49. Dort ist vorausbestimmt:

Sceptra Phoronei, fratrum discordia, Thebae,
Flammae Phaetontis, Deucalionis aquae.
In stellis Codri paupertas, copia Croesi,
Incestus Paridis Hippolytique pudor.
In stellis Priami species, audacia Turni,
Sensus Ulixeus Herculeusque vigor.
In stellis pugil est Pollux et navita Tiphys
Et Cicero rhetor et geometra Thales.
In stellis lepidum dictat Maro, Myro figurat,
Fulgurat in Latio crudelitate Nero.

Digitized by Google

Es wird dann geschildert, wie die Natur den Dingen und Kräften ihre Gesetze vorschreibt. Es werden dabei die Hauptfragen aufgeworfen, welche die damalige Physik sich stellte:

200. Quid chaos antiquum voltu meliore redemit,
Dum formae melioris opem vultusque decorem.
Quaereret atque suum lugeret silva tumultum.
Quid, fidei nexu civilia bella refrenans
Et fratrum rixas, elementis oscula pacis
Indidit et mundum nodo meliore ligavit.
Terrarum motus, mugitum fulminis, iras
Oceani, lites ventorum mente fideli
Conspicit et certa sollers indagine claudit
Temporis excursus. Cur contristata pruinis
Luget hiems cana, ridet ver, aestuat aestas,
Effluit auctumnus rerum torrente profundo.
Vel cur terra sidet, fluit amnis, profluit aer,
Flamma volat reliquisque fidem non invida servat,
Non audens violare fidem. Cur foedera terris
Labilis unda tenet, certo contenta meatu.

Diese Natur ergreift in der Versammlung das Wort. Sie habe bis jetzt kein vollkommnes Werk hervorgebracht, denn sie bekenne und bereue die Fehler, die sie in der Schöpfung gemacht habe, sie müsse aber auch zugleich aussprechen, dass sie kein Mittel wisse, das stark genug sei, dem nun durch Lebensgewohnheit eingenisteten Uebel zu begegnen, als eines. Sie müssten ihre Kräfte vereinigen zur Hervorbringung eines Geschöpfes, das durch seine Vollkommenheit für die Unvollkommenheit der übrigen Geschöpfe entschädige und die Welt zu der ihr mangelnden Vollkommenheit führe. Mit einem Wort: der göttliche Mensch müsse geschaffen werden, der mit dem Geist im Himmel, mit dem Körper auf der Erde heimisch sei.

249. Sic homo sicque deus fiet, sic factus uterque
Quod neuter, mediaque via tutissimus ibit,
In quo nostra manus et munera nostra loquantur
Sit speculum nobis, ut nos speculemur in illo,
Quae sit nostra fides, quae nostra potentia, virtus

Astra notat Persis, Aegyptus parturit artes,
Graecia docta legit, proelia Roma gerit.
In causas rerum sentit Plato, pugnat Achilles
Et praelarga Titi dextera spargit opes.
Exemplar specimenque Dei virguncula Christum
Parturit et verum saecula numen habent.
Munificens deitas Eugenum (?) commodat orbi,
Donat et in solo munere cuncta semel.

Viele Berührungen mit den Angaben unseres Gedichtes zeigt die Vergleichung, die Stelle über Ennius und Maevius weiss ich nicht zu deuten.

Digitized by Google

Quae sit, et in quantum melius procedere possit.*)

Er solle dann ihre Entschuldigung sein für manches verfehlte Werk und ihre Ideen zur Verwirklichung bringen; aber ihn zu schaffen bedürfe es der gemeinsamen Arbeit. Und nur so könne die Herrschaft der Thesiphone gebrochen werden, die durch die Sünde das Werk der Natur entstellt und sich dienstbar gemacht habe.

Hierauf ergreift zuerst die prudentia das Wort. Sie wie die andern Auftretenden werden nach ihrer Erscheinung und Kleidung ausführlich geschildert mit bestimmterer oder unbestimmterer Beziehung auf die Allegorie. Die Schilderung der prudentia möge die Art solcher Darstellungen und die Breite der Ausführung characterisieren.

279. Surgit ad haec, placidi vultus gestusque modesti
Circumscripta modis, prudentia. Colla pererrat
Aurea caesaries, sed acus mediata refrenat
Litigium crinis et regula pectinis instat.
Ordo supercilii justo libramine ductus
Nec minus exhaustus nec multa nube pilorum
Luxurians sese geminos exemplat in arcus.
Luminis astra jubar, frons lilia, balsama naris,
Dens ebur osque rosam parit, offert, reddit adaequat.
Spirat in ore color vivus, nec candor adulter
Turpiter effingit tanti fantasma decoris.
Sidereum vultus castigavere ruborem
Lilia nupta rosis, et ne palloris obumbrent
Nubila candorem, defendit flamma ruboris,
Clarior argento, fulvo conspectior auro,
Lucidior glacie, crystallo gratior omni.

Doch genug, so geht es weiter mit allen Gliedern des Körpers, und doch kommen wir dabei über den allgemeinen Ausdruck des Ebenmasses nicht hinaus. Es seien noch die Worte erwähnt, mit denen ihre Himmel und Erde umfassende, unbeschränkte Kraft angedeutet wird:

307. Canone sub certo dimensio nulla refrenat
Corporis excursum vel certo fine retardat,
Nunc magis evadens, celestia vertice pulsat,

---

*) Bernh. S. p. 35 nennt ihn die Natur;

Effigies cognata deis et sancta meorum
Et felix operum clausula fiet homo.
Qualis ab aeterno sub mundo principe vivit,
Digna nec inferior mentis idea meae.
Mentem de caelo, corpus trahet ex elementis,
Ut terras habitet corpore, mente polum.

Claudianus in Rufinum I., 111 lässt die Alecto von Rufinus sagen: solus habet scelerum quidquid possedimus omnes. Ebenso heisst es hier vom Normalmenschen: solus habet ille quidquid possedimus omnes. Es tritt also die bestimmte Beziehung auf dies Gegenbild heraus.

Digitized by Google

Nunc, oculos frustrans, celestibus insidet, ad nos
Nunc redit et nostra sese castigat habena.

Dann die Kleidung:

312. Vestis erat tenui filo contexta, colorem
Non mentita suum, nulloque sophismate visum
Decipit, immo rubor nativus inebriat illam.
Non ibi materies formae suffragia quaerit,
Nec formae peccata sibi velamina quaerunt
Materiae; neutra succumbit, neutra sorori
Cedit et ex aequo certant, ut vincere possint.
Somniat hic (in veste) rerum species, pictura resultans,
Quas tamen ex parte jubet expirare vetustas
Et formae veteris vestigia pauca supersunt.
Sed tamen in partes vestem diffibulat istam
In variis scissura locis, lugere videtur
Vestis et illata sibimet convicia flere.
Dextra manus librat trutinam, quae singula pensat
In numero, forma, mensura, pondere, causa.

Sie verteidigt die Natur gegen den Vorwurf, als wenn sie blind, dem Zufall unterworfen sei und vernunftlos handle.

Trans hominem mens ista (der Natur) sapit, condita sapore
Divinae mentis, de cujus fonte profundo
Rivulus emanat, animi discretio nostri.*)

Und sie billigt den Plan derselben völlig. Aber eins ist zu bedenken; ihre Kräfte reichen wohl aus, den Menschen zum Dasein zu rufen, aber nicht zum vollkommenen Leben. (manus nostra hominem conducit ad esse, non perducit; facit hunc nec perficit ipsum, semper ad esse movet, sed nunquam promovet illum.) Sie würden nur im Stande sein, den sinnlichen Teil seines Daseins zu schaffen, die Geburt der Seele erfordre andre Werkmeister:

Qualiter ex nihilo sine forma, semine, causa,
Materia, motu, sensu, ductore, ministro
Ingenitum simplex, animabile, mobile purum
Prodeat exterius nullo mediante patrono,
Sola dei novit prudentia, cujus ab alto
Pectore procedit, quidquid procedit ad esse.
Hic (beim ingenitum simplex) elementa silent,
languescunt semina rerum,

*) In die Sprache der Theologie übersetzt heisst dies wohl: Alle Tugenden und Kräfte, also auch die der Natur, sind nur Besonderungen der einen ewigen göttlichen Kraft und daher der göttlichen Vernunft teilhaftig.

Digitized by Google

Sidus hebet, natura jacet virtusque planetae
Deficit et propria miratur jura silere.*)

Sie wisse daher keinen Rat, doch die ratio werde ihn wissen, und ihrem Befehle werde auch sie gern folgen, denn nicht aus Unlust am Werke rede sie so. Diese Worte rufen eine grosse Bewegung hervor, bis die ratio durch ihr Auftreten dieselbe beruhigt. Sie ist der prudentia ganz ähnlich wie eine Zwillingsschwester, nur älter. In der Hand trägt sie einen dreifachen Spiegel. In dem gläsernen sieht sie:

465. Causarum seriem, rerum . . . abyssum,
Subjecti formaeque videt connubia, cernit
Oscula, quae miscet concretio, quaeve propinat
Unio nativa formis subjecta maritans;
Subjectum quae forma facit, quae perficit esse,
Quae rem conducit, vel quae perducit ad esse,
Quae generat, quae mutat eam, quae servat in esse;
Quae sit vel quanta, qualis vel quomodo sese
Res habeat . . . .

In dem silbernen:

477. Hic subjecta videt formis viduata reverti
Ad chaos antiquum propriamque revertere matrem
Inque statu proprio puram juvenescere formam
Nec sua degeneris subjecti taedia flere.
Quomodo forma suo gaudens requiescit in esse
Nec varios fluctus subjecti nanfraga sentit.
Qualiter ad proprium peregrina revertitur ortum,
Subjecti fugit occasus et funera vitat,
Subjecti senio non deflorata juventus,
Formarum formas semper facit esse puellas.
Cernit inoffenso vultu mentisque profundo,
Quomodo compositum simplex, celeste caducum,
Diversum fit idem, gravidum leve, mobile certum,
Obscurum lucens, pretiosum vile, jocosum
Flebile, perpetuum mortale, volubile fixum.

Im goldenen:

Hic rerum fontem, mundi genus, orbis ideam,
Exemplar, speciem, causam, primordia, finem
Conspicit et certis metitur singula causis;
Qua ratione, quibus causis, cur, quomodo, quando

*) So ist auch nach Bernh. p. 56, IX. die Physis nur im Stande den Leib zu schaffen ex materiae praeparatione, die Seele schafft Urania ex endelechia et virtutum aedificatione. Die Seele ist im Gegens. zum Körper einfach, und daher nicht durch Zeugung fortzupflanzen (ingenitum). Ihre erste Kraft ist die der Belebung, die die Bewegung hervorruft. So bei Hugo a. S. V. de sacramentis I., 1, 30 b. Migne 1, 2 p. 1, cap. 4. Ebenso Richard de contempl. 1, 3, 20. Aehnl. Alanus de fide cathol. 1, 1, 31.

Digitized by Google

Instabilis, genitus, fluitans, mutabilis iste
Mundus ab ingenito, stabili certoque figuram,
Esse, statum, speciem, vitam contraxit et ortum;
Quomodo terrestrem formam celestis idea
Gignit et in nostram subolem transcribit abyssum (das Chaos),
Mittit in exilium formas, quas destinat orbi,
A patre degenerat proles faciemque paternam
Exuit, antiqui vultus oblita parentis;
Qualiter in mundo phantasma resultat ideae,
Cujus inoffensus splendor sentitur in umbra;
Qualiter a fonte formarum rivus aberrans
Ingenitum perdit subjecti labe nitorem;
Quid cogat fatum, quid casu defluat, aut quid
Arbitrii possit medio librata potestas.*)

Die ratio ergreift das Wort, sie wolle ihren Rat nicht vorenthalten, obgleich auch sie dem Irrtum unterworfen sei.

Error in humanis comes indefessus oberrat,
Denigrare solet fermenti copia quidquid
Humanus sermo vel mens humana volutat.

und nicht immer erreiche die Absicht (primus finis) das bezweckte (finem secundum). Auch sie lobt die Idee einen Menschen zu schaffen, der allein besitze, was jede von ihnen habe.

570. Omnis homo sic unus erit, sic omne quod unum.
Unus in esse suo, sed erit virtutibus omnis.

---

*) Hier sollen die verschiedenen Stufen und Aufgaben des menschlichen Denkens bezeichnet werden. Die unterste beschäftigt sich mit den wirklichen Dingen. Sie entstehn, indem sich die Ideen, die als Gestalten der wirklichen Dinge formae heissen, in der Materie ausprägen: die Materie als Stoff zu dieser Ausprägung der Idee heisst hier subjectum. So stellt es Alanus, indem er sich desselben Ausdruckes der formae bedient, auch im Anfange seines Buches de arte dar. Auch Bernh. S. p. 33, 11: ecce mundus, cui noys vita, cui ideae forma, cui materies elementa, und 21: missum facio, unde formae substantiis obvenerunt. Es sind daher auch die formae, welche die Erhaltung und Veränderung, die Beschaffenheit und Grösse der Dinge bedingen. Die höhere Stufe zerlegt die Dinge wieder in diese ihre Bestandteile: Die Dinge ohne die formae sind das ungestaltete Chaos; die formae ohne subjecta die ewigen Ideen, die nun erst in ihrer eigensten Gestalt erscheinen, da sie in der Verbindung mit der Materie notwendig Einbusse erlitten haben, indem sie in die Veränderlichkeit derselben hineingezogen werden. Ja das Denken steigt von den Formen zu den ewig unveränderlichen Formen der Formen auf, den letzten Begriffen, als ewig sich gleich bleibende nennt er sie puellae. Zugleich ist nun aber damit die Aufgabe gestellt zu erkennen, wie die einfachen, unvergänglichen, stets sich selbst gleichen Ideen zu den Dingen werden, die von dem allen das Gegenteil sind. Auf der höchsten Stufe des Denkens wird diese Erkenntnis auf das Weltganze angewandt. Es handelt sich um die Erkenntnis der intelligiblen Welt und wie dieselbe zur realen wird, wie letztere das schattenhafte Bild der ersteren trägt und unter dem Gesetz der Notwendigkeit und Freiheit steht. So entsteht auch bei Bernh. die Welt aus den zwei Prinzipien, der unitas und dem diversum, nur dass er die intelligible Welt mit Gott zu identificieren scheint. p. 61, XIII. Bei Paul Nequam cap. 173 de septem artibus: ratio enim vis est animae concretiva maritans formam subjectis, intellectus est vis animae abstractiva, separans formas a rebus ipsis.

Digitized by Google

Sit contra vicia, quae nos exstinguere tentant,
Tutor, defensor, judex, athleta, patronus;
A nostris laribus cum nos exterminat orbis,
Hic noster thalamus, nostrum firmetur asylum.

Und auch sie erkenne an, dass mit eignen Kräften das nicht herzustellen sei, aber

Supplebit tamen ipsa manus divina, quae infra
Perfecti normam naturae norma relinquit.
Quae natura facit, divinus perficit auctor.
Divinum creat ex nihilo, natura caducum
Procreat ex aliquo; deus imperat, illa ministrat.

Daher wollten sie sich an ihn wenden, der die Bitten erhört:

Quam non rhetoricis oratio picta figuris,
Non ignavus opum cumulus, non musa Maronis,
Non amor hypocrita nec honor venator amoris (mit der
Ehrbezeugung stehlen wir uns die Liebe)
Demulcet, sed sola precum dulcedo perorat.

Sie schlägt daher vor eine von ihnen als Gesantin zu Gott zu schicken, um ihm die gemeinsame Bitte vorzutragen. Dazu sei aber keine geeigneter als die prudentia, denn sie werde die Schwierigkeiten und Gefahren des Weges leicht überwinden. Sie werde in die Himmelshöhen dringen und die Geheimnisse erforschen, die von Gott ausgehn.

Cernat in arcanis, superum quis conditor orbis,
Quis deus ipse velit, quid mundo praeparet aut quid
Praevideat vel provideat vel destinet orbi;
Quid possint coeli secreta, quid astra loquantur;
Cur coeli cursus nutu nugetur eodem
Semper in occasum vergens contraque planeta
Militat adverso motu coelumque refrenet;
Morbida Saturni quid mundo stella minetur,
Quamve salutis opem Jovialis gratia mundo
Nunciet aut Martis sidus quae bella prophetet;
Quo duce, qua causa, quo fomite quove patrono,
Temperie, motu, vita, splendore, meatu
Providet, applaudit, blanditur, consulit orbi
Sol, oculus mundi, fons vitae, cereus orbis;
Quas Venus illecebras, quae tristia gaudia, tristes
Laetitias, mala dulcia, pocula fellea terris
Offert et felle mellito compluit orbem;
Quo nexu, qua lege meant, quo foedere juncti
Lucifer et nostri Cyllenius assecla solis
Nascentis vexilla gerunt, famulantur eunti
Alternantque vices sibi quas partitur uterque,
Alter in alterius usum transcribitur, alter

Digitized by Google

Solis in occasu splendescit, solis in ortu
Alter, et alterni sibi mutua nomina donant.
Hesperus occasum comitatur, Lucifer ortum;
Quo modo mendicat alienum luna decorem,
Cur a luce sua Phoebe demissa parumper
Detrimenta suae deplorat lucis, at infra
Plenius exhausta, totius luminis amplam
Jacturam queritur, sed rursus fratris in igne
Ardescens, nutrit attriti damna decoris,
Perfectos tandem circumfert plena nitores;
Quis pariat ventos, quis eorum seminet iras,
Quis ligat in nube pluviam, cur mugiat aer,
Cur in tot facies exit substantia nubis,
Nunc pluviae plena lacrimis, nunc cana pruinis,
Nunc vestita nivis facie, nunc grandinis arma
Suscipit et coeli miratur terra sagittas.*)

*) Solche Himmelsbetrachtungen sind in den nordfranzösischen Gedichten dieser Zeit sehr beliebt; selbst der Architrenius kommt noch im neunten Buche darauf, um die in der Welt waltende Ordnung und Weisheit zu zeigen. Auch der Wälsche Gast, von dem ich vermute, dass er auch zum Teil aus den Anregungen dieser Schule hervorgegangen ist, bezieht sich gern auf die himmlische Welt:

2215. diu welt hât an der staete sin,
daz diu sunne tages schîn
ûf der erde, nahtes under.
des sol iuch niht nemen wunder,
wan ir natûre und ir site
ist daz si vert dem himmel mite
und ouch wider zaller vrist.
daz an dem buoche geschriben ist:
'wan daz was ie der werlde staete
daz der himmel umbe di erde draete'.
der siben sterne widerganc
machet daz diu erde kranc
wider die sterke des himels wert,
daz er si niht hât umbe gekêrt.
ein ieglîcher sînen kreiz hât,
dâ er inne umbe gât . . . .

2249. An der werlde ist staete zaller vrist:
swenn diu sunne nâhen ist
zuo dem mân, so wirt er smal,
darnâch wirt er über al
groezer, unde sô ie verrer,
so wirt er ie mêre unde mêrer.

Dann die 7 Planeten mit ihren Kräften 2359—80. Aber der Wälsche Gast kennt schon die Aristotelische Anschauung von der Welt. Ueber den Widergang der Planeten (p. 40, Z. 25) vergleiche die Anmerkung zu p. 5.

Digitized by Google

Dies alles sei der prudentia erschlossen, daher sei sie der rechte Bote und sie schliesst:

675. Dimidium qui coepit habet, finisque beati
Gratia principiis semper respondet honestis.

Als aber die prudentia unschlüssig schwankt, redet die concordia ihr zu. Aus der Beschreibung ihrer Erscheinung und Gewandung sind die Bilder hervorzuheben, die ihr Kleid schmücken.

705. Nam David et Jonathas ibi sunt duo, sunt tamen unum,
Cum sint diversi, non sunt duo mente, sed unus.
Dimidians animas sibi se partitur uterque.
Ut sibi Pirithous se reddat, redditus orbi,
Theseus inferni loca, monstra, pericula temptat,
Vivere posse negat in se, nisi vivat in illo.
Tydeus arma capit, ut regnet Tydeus alter.
In Polynice suo pugnat seseque secundum (dass sein zweites Ich herrsche)
Dum regnare cupit, sibi poscere regna videtur.
Alter in Euryalo comparet Nisus, et alter
Euryalus viget in Niso, sic alter utrumque
Reddit et ex uno comitum pensatur uterque.
Atrides furit in furiis ejusque furorem
Indicat esse suum Pylades patiturqe Megaeram,
Ne patiatur idem Pylades, suus alter et idem.

Sie holt weit aus, indem sie ihre Verdienste um die Welt hervorhebt, denn wenn man ihren Gesetzen gehorcht hätte,

735. Non cenam fratrum, non cenae flesset abusum
Phoebus et errantis naturae crimina lugens,
Noctis abusivae tenebras legasset in orbem.*)
Non rex Thebanus, Polynicis frater et hostis,
Exutus fratrem sese mutasset in hostem,
Non Procne, commenta dolos, exuta parentem,
Pro pietate scelus, redolens pro matre novercam,
In sua degenerem vertisset viscera dextram.
Trojae nobilitas, Trojae decus, inclita Trojae
Fama nitet et adhuc non laudis flore careret.
Non auri potum sitiens, non ebrius auro,
Aurum potasset Crassus, male potus in auro.
Non olim civile nefas, non Caesaris arma
Non pueri regis animum, non foedera regni,
Non mortis servile genus servosque probasset**)

*) Der Mythus in der Medea des Euripides, doch schwerlich von hier bekannt, sondern aus den fabulae Hygini, wo er unter Atreus und Thyestes erzählt wird. In der Sammlung der Mythographen p. 258.

**) Bezieht sich nur auf seinen Tod durch die Hand von Sclaven.

Digitized by Google

Magnus et exanimis, truncatus, nudus honore
Funeris, in nuda solus jacuisset arena.
Post tantos belli strepitus, post fulmina Martis,
Post gladii furias, post tot discrimina Caesar
Non fraudes pugnamque stili sensissit inertem.
Caesaris insultus, belli momenta, furorem
Fortunae casusque vices Antonius olim
De facili posset vitasse, nec uxor adoptans
Mammis serpentes colubros lactasset et ipsos
Uberibus potans potasset in ubere mortem.

Sie hat die im Widerstreit befindlichen Elemente einst zur Harmonie verbunden, die die Grundlage des Weltalls ist. Ihr gehorchen freiwillig die Gestirne und bewirken die Ordnung der Welt, sie hat den Geist an den Leib gebunden zum menschlichen Organismus. Sie will nun auch die Genossinnen zur Eintracht ermahnen,

Ad quarum nutum disponitur orbis,
Quas penes arbitrium, jus est et regula mundi.

Weil sie diese Stellung haben, würde sich ihre Zwietracht sofort der übrigen Welt mitteilen und ihr Einfluss und ihre Macht bald schwinden.

Die prudentia ist nun bereit, aber um die Fahrt zu vollenden, bedarf sie eines Wagens. Dem Wunsche folgt sofort die Erfüllung, da aller Kräfte sich zur Herstellung desselben vereinigen.

Nascitur effectus, cum nascitur ipsa voluntas,
Sic matri prolique simul conceditur ortus.

Sieben in allem gleiche Jungfrauen, die sieben Wissenschaften (artes liberales), stehn der prudentia helfend zur Seite. Es sind die, denen sie alle ihre Kraft mitzuteilen pflegt, um sie gestärkt von ihnen zurück zu erhalten. In ihrem Angesicht dagegen erkennen jene

757. Quidquid carta tenet, quidquid mens concipit, audet*)
Lingua loqui . . . .

*) Das folgende gibt ein ziemlich buntes Verzeichniss von Männern, die sich in den Wissenschaften oder Künsten ausgezeichnet haben. Es ist weder vollständig, viele dem Dichter bekannte Namen fehlen, noch irgend wie geordnet, mythische Namen stehen ohne Bedenken neben historischen. Die Zeit liebt es mit Namen zu prangen, die ihr oft nur Namen sind. Ich erinnere an die Stelle bei Bernh. Silv. p. 16. Auch im Architrenius findet sich ein Verzeichniss alter Schriftstellernamen mit kurzen Notizen, aber die mir gütigst überlassnen Auszüge des Herrn Dr. Franke geben nichts davon. Durch ihre Vergleichung würde sich vielleicht noch manches aufhellen. Des Vergleichs würdig, indem sie zeigen, dass es sich dabei vielfach um conventionelle Urteile handelt sind zwei Gedichte aus dem XII. Jahrh., welche unter den dem Walther Mapes zugeschriebnen sich befinden, (The latin Poems ed. Wright London 1841). In der apocalypsis Goliae episcopi pag. 1 heisst es:

Hic Priscianus dans palmis verbera,
Est Aristoteles verberans aera,
Verborum Tullius vi mulcet aspera,
Fert Ptolemaeus se totum in sidera.

Digitized by Google

Quid manus artificis, pictoris gratia, fabri
Dextera, sculptoris sollers industria possit.
Ut Xeuxis pingit chorus hic, ut Myro figurat,
Ut Fabius loquitur, ut Tullius ipse perorat,
Ut Samius sentit, sapit ut Plato, quaerit ut Hermes,
Dividit ut Socrates, ut Zeno colligit, instat
Ut Brisso, studet ut Crisias, speculatur ut Argus,
Temporis excursus ut Caesar cogit, ut Atlas

Tractat Boetius numerabilia,
Metitur Euclides locorum spatia,
Frequens Pythagoras citra fabrilia
Trahit a malleis ovium primordia.(?)

Lucanum video ducem bellantium,
Formantem aerias muscas Virgilium, (Alex. Nequam c. 174)
Pascentem fabulis turbas Ovidium,
Nudantem satiras dicaces Persium.

Incomparabilis est status Statio,
Cujus delinuit (?) res comparatio,
Saltat Terentius, plebejus histrio,
Aegrotos Hippocras potat absynthio.

In der metamorphosis Goliae p. 21.

179. Aderant philosophi, talis unus stabat
Crispinus cum humeris, Zeno ponderabat,
Ardebat Heraclitus, Perdix circinabat,
Totus ille Samius proportionabat.

Implicabat Cicero, explicabat Plato,
Hinc dissuadet Appius, hinc persuadet Cato,
Vacuum Archelias tenuit pro rato,
Esse quod inceperat, undique locato.(?)

Secum suam duxerat Cetam Ysopullus
Cynthiam Propertius, Deliam Tibullus,
Tullius Terentiam, Lesbiam Catullus,
Vates huc convenerat sine sua nullus.

Quaeque suo suus est ardor et favilla
Plinium Calpurnia succendit scintilla,
Urit Apulejum sua Pudentilla . . . . .

Die Beziehungen gibt die Vergleichung von selbst. Doch bedürfen einige Namen der Aufhellung. Fabius v. 161 ist wahrscheinlich Fabius Quintilianus wegen seiner rethor. Schriften hier genannt; Hermes v. 762 ist der auch Trismegistos genannte, auch Hermes Mercurius, daher gleichbedeutend mit Mercurius 777, unter dessen Namen mystisch-philosophische Schriften gingen, die in der lateinischen Uebersetzung viel gelesen wurden und z. B. bei Ioannes Sarisberiensis oft citiert werden. Wer dagegen 764 Brisso und Crisias sind, weiss ich nicht zu sagen. Atlas 765 erscheint auch in Waelschen Gast unter den Autoren der Astronomie 8958. 766. Zetus pondera librat scheint nach einer Stelle der aurora des Peter v. Riga bei Leyser p. 738 (Anfang saec. XIII.):

Digitized by Google

Sidera perquirit, ut Zetus pondera librat,
Tanquam Chrysippus numerat, metitur ut alter
Euclides, canit ut Phoebus, citharizat ut Orpheus,
Circinat ut Perdix, ut Daedalus erigit arces,
Fabricat ut Cyclops, ut Lemnius arma monetat,
Instruit ut Seneca, blanditur ut Appius, urget
Ut Cato, succendit ut Curio, velat ut alter
Persius, ut Crassus simulans, ut Julius alter
Dissimulans, ut Soldius implicat, explicat idem
Ut Naso, vernat ut Statius, ut Maro dictat,
Concipit, exponit, imitatur, gestat, adimplet
Mercurii nostri sensus, Demosthenis iras
Ovidii flumen, Lucani fulmen, abyssum
Virgilii, morsus satirae, Solonis asylum.

Die sieben sind nun einzeln beim Bau des Wagens beschäftigt. Die erste, die Grammatik, stellt die Deichsel her. Sie bringt den jugendlichen Geist erst zur Thätigkeit, sie nährt ihn mit ihrer Milch, da er andre Speise noch nicht verträgt, aber führt zugleich die Rute um jeden Verstoss zu bestrafen. So lernt man richtig die Sprache zu gebrauchen. Das Kleid der Jungfrau ist von Papyrus, auf welchem sich Inschriften befinden, die das Wesen der Wissenschaft bezeichnen. Als wichtige Fragen, die dieselbe beantwortet, werden angegeben:

Litera cur simplex, cur indivisa vocetur,
Cur sibi mendicat elementi litera nomen,
Vel tropice soleat elementum litera dici;

Aure Jubal varios ferramenti notat ictus,
Pondera librat in his, consona quaeque facit.

auf die Musik gehn. Dann würde die Beziehung auf Zethus, den Bruder der Amphion, vielleicht anzunehmen sein. Bei Walther Mapes steht Zeno ponderabat; soll dies dasselbe sagen wie pondera librat? 767. Der Waelsche Gast zählt gleichfalls Crisippus 8950 unter den Arithmetikern auf, daher halte ich an dem Namen fest, obgleich die andere Handschrift Crispinus hat und mit Walther Mapes übereinstimmt, wenn statt des sinnlosen unus stabat Crispinus cum humeris gelesen wird cum numeris. Ein stoischer Philosoph dieses Namens wird öfter in den Satiren des Horaz erwähnt, doch ohne jeden Zusatz, der ihn als Arithmetiker characterisiert. 768. Seit der Mitte des Jahrh. war Euclides zugänglich durch die Uebersetzung des Adelar von Bath. 769. Servius in Virgil. Georgic: 1, 448: dicitur Perdix, sororis Daedali filius invenisse circinum et serrum. 771. Blanditur ut Appius hat keine Beziehung. Es scheint derselbe Gegensatz darin zu stecken wie bei Walther Mapes: hinc dissuadet Appius, hinc persuadet Cato. 772. Das velare von Persius ausgesagt, ist auch nicht zu verstehn. Eine alte Glosse bezieht es auf den Kampf des Persius mit der Meduse, doch jedenfalls falsch. 773. ist mir die Beziehung auch unbekannt. 774. Soldius ist bekannter unter dem Namen Apollinaris Sidonius, Bischof v. Clermont, ein Dichter, der 488 n. Christi Geb. starb.

Zum Schluss noch ein Wort des Joan. Sarisberiensis über die sieben Wissenschaften (metalog. I. 12). Hae quidem omnes aut trivii aut quadrivii ratione clauduntur et tantam dicuntur obtinuisse efficaciam apud majores, qui eis diligenter institerant, ut omnem aperirent lectionem, ad omnia intellectum erigerent et omnium quaestionum, quae probari possunt, difficultatem sufficerent enodare. Neque enim doctore egebant in aperiendis libris aut quaestionibus dissolvendis hi, quibus aut ratio trivii omnium sermonum, aut quadrivii lex totius naturae secreta exponebant.

Digitized by Google

Quae pingunt elementa notae, quae nomina signant;
Quis claudit numerus, quis congerat ordo, potestas
Quae sit, et has species certo sub canone claudit;
Cur addicta sono tenui poscentia vocem
Cetera mutescant, verum vocalis aperte
Clamitet et reliquis vocis spiramina donet;
Qua ratione, quibus causis h litera non sit,
Cum sibi praetendat scripturam, nomen et usum,
Sed cifrae loca possideat solaque figura
Jus sibi defendens, elementi praeferat umbram;
Qualiter in metro secum rixata liquescat
Vocalis vocisque suum deperdat honorem;
Qualiter in metro nativas litera vires
Perdit et ad tempus languet proscripta potestas,
Qualiter in metro vires et jura duarum
Vendicat una sibi redimendo damna sororum;*)
Quomodo diversas species vox induat una;
Quam gravis accentus infra demittit, acutus
Erigit, in girum fert circumflexus eandem;
Quidve sibi proprium defendit litera, quidve
Syllaba, quid proprii juris sibi dictio servat;
Quid proprie proprium nomen sibi vendicat, aut quid
Appropriat verbum sibi, quid pronomen adoptat;
Quid reliquae partes proprio sibi jure reservant;
Quid nomen proprie designet, quid peregrine
Insinuet, quid verba notent, pronomina signent;
Cur subjecta notent sibi, cur pronomina formae
Dedignantur opem, quid demonstratio sola
Subveniat formaeque vicem compenset in illis;
Qua ratione regat pars partem, quave regatur;
Cur nomen substans aliis vel cetera pingens
Materiae gerat officium formamve figuret,
Verbi cur redeat in se, vel transeat actus;
Foedus amicitiae cur verbis nomina servent
Et verbo junctum solvat sua debita nomen,
Quae nisi conveniant, oratio muta tacebit
Nec plenos sensus vox decurtata loquatur;
Cur partem capiens ab utroque rependat utrique
Dictio, quod debetur ei, sic reddit utrumque;
Cur reliquae partes istas venerentur et istas
Sese submittant nec eis servire recusent.

*) Er selbst wendet dies Gesetz kaum an.

Digitized by Google

An der hergestellten Deichsel erscheinen nun die Bilder der bedeutendsten Vertreter der Wissenschaft:

Illic Donatus, rector patronus et hares
Grammaticae, praecepta docens viciumque recidens
Doctrina, verbis, studiis, ratione, figura
Ampliat, extollit, dictat, defendit, honestat
Grammaticam nomenque sibi speciale meretur,
Ut non grammaticus dicatur, at emphasis ipsam
Grammaticam vocat hunc signans sub nomine numen.

Ausser ihm: noster Aristarchus . . . . . Dann:

Partes grammaticae dissutas cogit in unum
Didymus.

Ferner einer, den er apostata noster nennt, pigrius in dictis torporis somnia passus, und von dem er sagt:

venditque fidem, ne praemia libri depereant.

Es ist wohl Priscianus, der sonst fehlen würde, gemeint; von ihm gingen mancherlei Sagen, doch ist mir nichts näheres bekannt.

Die zweite Jungfrau stellt die Axe her, es ist die Logik. Ihre Augen sind stärker als die der Adler und Luchse. In der rechten trägt sie eine Blume, in der linken einen stechenden Scorpion. Sie kann viel Segen schaffen, aber falsch angewendet, auch viel Schaden verursachen. Auf ihrem Gewande ist abgebildet:

Qualiter ancipitis gladii mucrone corruscans,
Vis logicae veri facie tunicata recidit
Falsa, negans falsum veri latitare sub umbra;
Cur pseudologicus, artis fur, artis adulter
Falsus et hypocrita, furtivus praedo, sophista
Mentitur logicae vultus fretusque quibusdam
Prodigiis tentat pro vero vendere falsum;
Quid locus in logica dicatur, quidve localis
Congruitas, quid causa loci, quid maxima, quid sit
Vis argumenti manans a fonte locali;
Cur argumentum firmet locus, armet elenchum
Maxima, quae vires proprias largitur elencho;
Quomodo materia vel forma peccat elenchus
Et sola specie larvam praetendat elenchi;
Cur ex praemissis conclusio nata loquendo
Quae praemissa velint vultu signetur eorum;
Cur liget extremos medius mediator eorum;
Cur decurtati species nascatur elenchi;
Quando vel aphaeresis vel syncope curtat elenchum;
Qualiter usurpans vires et robur elenchi
Singula percurrit inductio, colligit omne,

Digitized by Google

Sed tamen inferior sese submittit elencho;
Qualiter exemplum de se parit, immo recisa
Parte sui curtata parens sibi pignora gignit;
Qualiter est munita locis ars ipsa localis
Nec tamen est conclusa loco, cum non loca quaerat,
Immo locum captatque locos ignara locorum;
Quomodo diffinit, partitur, colligit, unit
Singula, quae gremio complectitur illa capaci;
Quomodo res pingens descriptio claudit easdem
Nec sinit in varios descriptum currere vultus;
Quid genus in species divisum separat, aut quid
Dividit in partes totum rursusque renodat;
Quae sunt sparsa prius divisaque cogit in unum;
Qualiter ars logicae tanquam via, janua, clavis
Ostendit, reserat, aperit secreta sophiae;
Qualiter arma gerit et in omni militat arte
Ascribitque sibi casus et damna sororum;
Qualiter haec reliquas defendit, ditat egentes
Roborat infirmos, elingues instruit, ornat
Incomtos, torpentes exitat, armat inermes;
Qualiter haec purgat vitium, fecemque repellet,
Si quid inest fecis, vitium ne deroget arti;
Qualiter incudem servat, ne falsa monetet
Argumenta sibi furtiva fraude sophista.

Auf ihrem Werk, der Achse des Wagens, sind abgebildet die obgleich begrabenen, unsterblichen Autoren der Logik: Porphyrius, der Ausleger des schwerverständlichen Aristoteles; illius arcana resolvit ut alter Oedipodes, solvens monstri enigmata sphingis. Auch Aristoteles selbst, qui gaudet latere.

Sic logicam tractat, quod non tractasse videtur.

Aber er hat diese Dunkelheit mit Absicht angenommen, um die Hoheit der Wissenschaft vor dem Pöbel zu wahren,

Nam res vulgatae semper fastidia gignunt, und
Privatur splendore sui, si publica fiat.

Dann Zeno, logices athleta, und endlich Boethius, dem wir es verdanken, dass die Logik aus ihrem Vaterland ausgewandert ist und nun lateinisch reden kann.

Die dritte Jungfrau, die Rhetorik, kenntlich an ihrem stets wechselnden Gesichtsausdruck, der alle Stadien der Empfindung vom Lachen bis zum Weinen durchläuft, und charakterisiert durch ein Horn, mit dem man zum Kriege bläst, trägt gleichfalls auf ihrem Gewande die Grundlinien ihrer Wissenschaft.

1081. Hic pictoris ope splendet pictura coloris,
Rhetorici, sic picturam pictura colorat.

Digitized by Google

Hic velut in libro legitur, quis finis et auctor,
Forma vel officium, quae causa, quis ordo, quid artis
Rhetoricae proprium, quae virtus, qualiter instans
Nunc tonat illa minis, nunc verbi luce corruscat,
Nunc pluit illa preces, nunc laudibus imbuit aurem,
Quid causae genus efficiat, quo tendat et ad quem
Deveniens finem deliberet utile, justum
Indicet, affirmet rectum, demonstret honestum;
Quae partes artis, quis earum texitur ordo;
Qualiter in primis ars invenit ipsaque tandem
Ordinat, eloquitur, memorat, pronuntiat, ut sic
Ordine legitimo sibimet respondeat ordo;
Quas vel quot partes oratio rhetoris in se
Contineat, vel qua serie texantur in illa;
Quo modo principium mentem movet, erigit aurem,
Exitat auditum, cor judicis apparat illi,
Quo magis attentus, docilis magis atque benignus
Redditur auditor et mentem dedicat auri;
Quo modo sub brevibus verbis narratio verum
Explicat aut latitans veri sub imagine falsum;
Qualiter in summa partitio colligit omne,
Quod sequitur, dispersa legans, diffusa coarctans;
Qualiter in partem faciens assertio nostram
Argumenta notat, probat, exprimit, astruit, instat;
Qualiter oppositam ferit infirmatio partem,
Destruit, infirmat, dissolvit, dissipat, urget;
Quo modo concludens conclusio singula fine
Legitimo claudit, sistens sermonis habenas;
Quod factum factive genus nomenve requirat
Quaestio diversis rationum nixa columnis;
Qualis de facto certet, quae quaestio juris,
Quae vel quot species, quae simplex, quaeve relata,
Quaeve relativae partes, cur affarit illa
Criminis objectum, haec transferat, illa repellat,
Comparet haec aequa librans incommoda lance;
Qualiter assumat contentio robur utrimque,
Cum lex rixatur sociae contraria legi,
Vel contra scriptum discors sententia pugnat,
Vel parit in scripto dubium sententia duplex,
Vel quando nomen describi possit, ut ipsum
Nominis ambiguum descriptio certa resignet,
Vel cum jure loci, personae, temporis ipsa

Digitized by Google

Quaestio transfertur, alios motura tumultus,
Vel si contendat contentio, nescia certae
Legis et a simili rationis robora sumat;
Quomodo personis accommoda roboris arma
Dant argumentis, sed falso robore nutant.
Nomen, natura, victus fortunaque vultus
Praetendens dubios habitus affectio fallax;
Consilium, studium, casus, oratio, factum
Cum facto quae contineant, quid quaestio facti
Contineat, facto quae sunt adjuncta vel ipsa,
Ut res deposcit, solito de more sequantur;
Quis modus in facto, vel quae complexio facti,
Quis locus aut tempus, occasio, causa, facultas.

Daneben sind auch die Namen der Rhetoren aufgeführt, vor allen Ciceros, denn die Rhetorik konnte für seine Tullia gelten, des blumenreichen Ennodius, des Quintilian, der gern in Bildern spricht, des Symmachus, der tiefen Sinnes aber knapp im Ausdruck zu sein pflegt.

Die Jungfrau schmückt die Deichsel mit Gold und die Achse mit Blumen, so dass beide durch sie erst Schmuck und Ansehen erhalten.

Es folgt die vierte, die Arithmetik. Schon in ihrem Gesichtsausdruck zeigt sie die Feinheit und Männlichkeit ihres Geistes:

Nam vultus noster liber est et litera cordis.

In der einen Hand trägt sie die mensa Pythagorae, mit der anderen leitet sie den Kampf der Zahlen und entscheidet den Sieg. Auf ihrem Gewande, in dem die Kunst des Gewebes und die Feinheit des Stoffes, also Kunst und Natur, um den Vorrang streiten, list man:

1214. Quae numeri virtus, quae lex, quis nexus et ordo,
Nodus, amor, ratio, fedus, concordia, limes;
Quo modo concordi numerus liget omnia nexu,
Singula componit, mundum regit, ordinat orbem
Astra movens, elementa ligans animasque maritans
Corporibus terras coelis, coleste caducis,
Quo modo nascenti mundo rebusque creandis
Principium, finis, exemplar, forma, sigillum
Hic erat, ad cujus formam deitatis ideam
Impressit, rebus formas numdoque figuram;
Quo modo principium numeri, fons, mater, origo
Est monas et numeri de se parit unica turbam;
Quo modo virgo parit, gignens manet integra, simplex
Sese multiplicat, de sese gignit et in se
Incorrupta manet partus imitata parentis;
Quis numerus numerans consetur, quis numeratus;

Digitized by Google

Quis repetit, quis distribuit, quis colligit, aufert,
Addit et a primo radices extrahit ortu;
Quo juris merito vel qua ratione vocetur
Femina par numerus, impar mas, virgo Minerva;
Cur animam, coelum, rationem, gaudia, vitam
Impari sub numero prudentum dogma figuret;
Cur corpus, terram, sensum, lacrimabile, mortem
Par numerus signet pejoraque fata loquatur;
Quis numerus punctum, quis linea, quisve figura
Plana vel aequorum laterum, quis sphaera vocetur,
Quis quadrus vel quis solidus, quis pyramus aut quis
Circulus, et a se quis circum flectitur in se;
Quis numerus propriis completur partibus, aut quis
Vel partes superat, vel ab his superatus abundat;
Quae numerum numero concordia nectit et unde
Provenit, ut vicibus mediis extrema ligantur;
Cur duo quadrati medio nectantur in uno,
Vel solidos nectat mediis junctura duobus.

Sie stellt aus Marmor ein Rad des Wagens her und auf demselben list man die Namen der grossen Arithmetiker: des Nicomachus, des Pythagoras, des Erfinders der Zahlensymbolik, des Chrysippus, dessen Worte und Handlungen von den Zahlen bestimmt seien, und eines modernen, des Gilbert.*)

Die fünfte, die Musik, stellt das zweite Rad her aus Erz. Sie steht in allem der vorigen sehr nahe und ist von ihr ganz abhängig in ihren Werken. Sie hält mit der einen Hand die Cither, die sie mit der andern regt. Mit diesem Instrument haben Orpheus und Amphion in ihrem Namen ihre Wunder verrichtet. Auf ihrem Gewande ist zu lesen:

Quae sint vincla, quibus compaginet omnia nodis,
Quae species artis quae musica colligit horas,
Distinguit menses, locat anni tempora, cogit
Excursus, elementa ligat jungitque planetas,
Astra movet variatque vices, quas musica nectit,
Corporis humani partes mundumque minorem
Ordinat et speciem mundi melioris honorat,

*) Saltu fallaci transilit artem wird von ihm gesagt, aber was bedeutet das? Es kann wohl kaum ein andrer gemeint sein als Gilberte de la Porrée, der Gegner Bernhards von Clairveaux, der berühmteste Gelehrte seiner Zeit, von dem freilich sonst nicht bekannt ist, dass er sich als Arithmetiker hervorgethan habe, doch sind ja die Nachrichten über ihn dürftig und nur spärliche Proben seiner Schriften bisher ans Licht getreten. In der Metamorphosis Goliae episcopi heisst es von ihm 201: et hic praesul praesulum stat Pictaviensis (er war in seinem späteren Leben Bischof von Poitiers) prius et nubentium miles et castrensis, und merkwürdiger Weise heisst es hier: illic castra tenet et eadem miles in arte. Ist die Uebereinstimmung nicht zufällig, so könnte man für et nubentium vermuten: numerantium. Auch bei Paul Nequam de laude divinae sapientiae wird dist. V., 471 Gilbert ausdrücklich als Ruhm der Stadt Poitiers genannt. Beim Wälschen Gast dagegen findet sich sein Name nicht. cfr. unten.

Digitized by Google

Ut sic pigmaeus fraterculus esse gigantis
Majorisque minor mereatur imagine pingi;
Quae partes animi sociat, quae federat illam
Carni confirmatque fidem, quae musica voces
Dividit et numeris variat discrimina vocum;
Quae ratio, cur omne melos dulcesque sonorum
Cantus non gignit vox una, sed unio vocum
Dissimilis similisque sonus diversus et idem,
Unicus et simplex, duplex, difformis et alter;
Quo modo mutato se mutat musica cantu,
Cum lacrimis risus, cum ludis seria texens,
Nunc enharmonice resonat, nunc tristia fingens
Ditonico cantu luget, nunc cromate ludit;
Quae vox ad vocem sit dupla, vel in diapason
Quis resonet cantus, vel quis sexqualter ad illum
Sit sonus, aut illi concors sonat in diapente;
Quae vocum junctura parit diatessaron, in qua
Cum tribus una sonans vox litigat, immo jocatur;
Qua ratione toni pars altera semper abundet,
Transgrediens partem reliquam nec possit in aequas
Distribui partes tonus integer, immo parumper
Excedat pars una toni superatque minorem
Et proprio vincat pars altera comate lima (?)
Nec tamen aequali sectas libramine partes
In duo divisum diacismata coma recuset.

Auf dem angefertigten Rad leuchten die Namen:

Milesius,*) gerühmt wegen seiner weichen, lieblichen Melodien; dann ein nicht Genannter, der im Gegenteil durch seine harten Disharmonien das Ohr beleidigt; Gregorius, der zwischen beiden die rechte Mitte gefunden hat; Michalus als hervorragender Lehrer der Musik (wohl Psellus st. 1106, obgleich mehr als Logiker, und als solcher erst im 13. Jahrhundert von Einfluss).

Die sechste, die Geometrie, stellt das dritte Rad aus Blei dar, ihr Blick und ihr Sinn ist zur Erde gerichtet, mit einer Rute misst sie die Räume der Welt. Auf ihrem Kleide list man: artem totam,

1399. Quae mensurandi doctrinam fundit et usum
Edocet, immensum claudit, spatiosa refrenat

*) Ich bezweifle, dass dies der Name eines bestimmten Mannes ist, sondern glaube einer Richtung in der Musik, daher beim Gegensatz gar kein Name steht. Rückert zu v. 8952 des Waelschen Gastes hat hier zu Millesjus Timotheus statt Micalus gesetzt nach Boethius de mus. I., 1, wo Timotheus mit dem Zusatz Milesius als Musiker erwähnt wird, der dann auch im Polycraticus des Johannes Sarisb. liber VII., 9 als Timotheus wiederkehrt. Jedenfalls ist durch unsre Stelle die Lesart der Handschriften bei Thomasin: Micalus, Milesjus geschützt.

Digitized by Google

Parvaque consequitur, metitur magna, profundum
Scrutatur, valles habitat, conscendit in altum.
Hic legitur, punctum quid sit, quae linea curva,
Recta vel aequalis, quae circumflexa vocetur,
Quaeve superficies plano contenta, profundum
Ignorans, altoque carens decurrit in aequam;
Quid sit tetragonus, quid forma triangula, quid sit
Mensura triplici clausum, quid sterion aut quid
Circumducta suo describat linea centro,
Cur centrum sedet in medio, cur angulus omnis
Aut obtusus hebet aut sursum tendit acutus,
Obtusone minor sit rectus, major acuto;
Cur juxta leges artis normamque datorum
Supra gramma datum procedens tramite recto
Aequorum laterum trigonus describitur, in quo
Sese prosternens partem data linea donat;
Qualiter a puncto ducatur linea compar
Propositae reddensque datam, cur linea major
De se producat abscisso fine minorem;
Cur hujus tirones artis eleufuga (?) terret
Atque prius cogit illos exire profundum,
Quam subeant labique prius quam in arte laborent.
Qua rationis ope sibi forma triangula formam
Reperit aequalem; cur linea partibus aequis
Scinditur, aut simili distinguitur angulus arte
Inque duos unum divisio dividit una.

Auf dem Rade sind verzeichnet die Geometer: Thales, der Himmel und Erde mit seinem Geist durchforscht, und Euclides, der seine Kunst in ein wohl geordnetes System gebracht hat.

Die siebente endlich, die Astronomie, den Blick in den Himmel gerichtet, in der Hand eine auf- und abschwebende Kugel haltend, vollendet das vierte Rad aus Gold. Ihr sternenhelles Kleid lehrt:

Astrorum leges, loca, tempora, motus,
Signa, potestates, discursus, nomina, causas.
Hic legitur, quae sit celestis sphaera, quis axis
In partes sphaeram distinguat, quis polus axem
Terminet aut sursum tendens aut mersus in imo;
Cur mundi sit forma teres mundusque ligetur
Quinque parallelis cinctus zonisve quibusdam
Sectus in extremis rigeat, medio tenus aestu
Torreat atque duas laterales temperet, harum
Excessu duplici castigans frigore flammam;

Digitized by Google

Cur decurtatus concludat utrumque colurum
Circulus et neuter ad puncta redire priora
Possit, sed nomen abscissio donet utrique.
Cur obliqua means declivi limite ducta
Linea signiferi duodeno sidere coelum
Pingat et hospitium peregrino grata planetae
Donet et ipsius proprium communicet illi;
Qua ratione meant stellae, qua lege planeta
Directum metitur iter, qua lege retrorsum
Aut fugit aut cuncta fixus statione moratur;
Qua ratione meant obliquo signa meatu,
Cur signum proprios directius exit in ortus
Opposito furans nascendi tempora, tempus
Perdit in occasu, quod plus expendit in ortu;
Quis lunae motus, quae solis sphaera, quis orbis
Mercurii, Veneris quae semita, quae via Martis:
Quae mora Saturnum retinet, quo limite currit
Stella Jovis, motusque vagos quis circulus aequat;
Quis sursum tendens egressa cuspide terram
Exit et in terram nescit defigere centrum.

Unter den Astronomen, deren Namen auf dem Rad geschrieben stehen, werden hervorgehoben:

Albumasar (arab. Astronom des 9. Jahrh.), der besonders als Astrolog gerühmt wird, und Atlas, der die Gestirne trägt, während diese wieder den Himmel tragen, eine gewichtlose Last.*)

*) Er ist sich also der mythol. Bedeutung wohl bewusst. Uebrigens fällt es auf, dass keiner der alten Geographen, namentlich Ptolemaeus nicht erwähnt wird, auf dem doch die ganze Anschauung dieser Zeit vom Himmelsgewölbe beruhte, während Albumasar schon den Einfluss der Araber zeigt, dem seit der Mitte des Jahrhunderts durch Constantin, den Africaner, (starb in Montecassino) die Wege geöffnet wurden. Eine Absicht liegt schwerlich zu Grunde, da früher Ptolemaeus, den man übrigens mit den gleichnamigen Königen verwechselte, in der Reihe der berühmten Männer des Altertums aufgeführt ist, auch der Waelsche Gast, der sonst genau mit unserm Dichter übereinstimmt, ihn hier nennt.

Solche Schilderungen der sieben Wissenschaften sind sehr häufig. So findet sich eine solche im Architrenius liber III. de nocturno stud. (a. a. O. p. 483), aber leider ist mir wieder der Text zum Vergleich nicht zugänglich. Bei Paul Nequam de divina sapientia dist. X., 36. Ich teile einiges zum Vergleiche mit:

Grammaticam coluit veterum veneranda senectus,
Aetas jam refugit et puerilis eam.
Imperiis ejus se recta locutio subdit,
Legibus ipsius orthographia subest . . . .

Synthesis, antithesis, conceptio, zeugma, prolepsis
Gandent grammaticae subdere colla jugo.
Artis principium simplex consent elementum,
Syllaba subsequitur, dictio deinde subit . . . .

Digitized by Google

So ist der Wagen fertig. Die ratio aber bringt auf Geheiss der Natur fünf Pferde, die fünf Sinne, welche die Concordia leicht zu einander unter das gemeinsame Joch fügt, so verschieden sie auch nach Anlage und Aussehn sind. Der erste, das Gesicht, aus der Nachkommenschaft des Pyrois, übertrifft alle durch Schnelligkeit, und ist der Natur von Jupiter (dem himml. Feuer) geschenkt; das zweite, das Gehör, steht nur dem ersten nach und erfreut sich am eignen Gewieher und den klingenden Schellen am Halse. Es stammt

---

Ad logicam spectat veri discrecio, nulla
Hanc super eloquio sollicitudo monet,
Grammaticus recto contentus erit logicusque
Vero, rhetoricum nobile schema jnvat . . . .

Est autem logicae pars tentativa, sed illam
Censetur prudens edocuisse Plato.
Pars apochris eam consummat, analysis illam
Posterior, partem topica prima docent.
Portio quarta suis sese concessit elenchis,
Utitur hac studiis parte sophista suis.
Confert prudenti tumidos obtundere fastus,
Cum nimis elatus impetit hostis eum.
Quid quod Aristotelis medius quoque terminus alti
Viribus ingenii cedere promptus erat.
Paruit in lucem veniens habitudo localis
Philosopho, cui dat Graecia tota manus.
Graecia? sed mundus. Mundus? sed numina. Quidni?
Divinum pectus et Jove majus erat . . . .

Rhetoricae servit sermonis grata venustas,
Haec ars Mercurio gratior esse solet,
Orpheus hac cithara Ditis revocavit ab aula
Euridicen . . . .

Stans pro Dejotaro lenivit Caesaris iram
Tullius et victo Caesare victor erat.
Gloria magna fuit victorem vincere mundi,
Rhetor quem vicit Caesare major erat.
Pectus Aristotelis miror, linguam Ciceronis
Et flores laudo, Quintiliane, tuos
Gaudet Aristoteles se distinxisse colores
Rhetoricae, cujus maximus autor erat.
Consule rhetoricam, Theodectis, consule, furtum
Decepit misere gloria vana virum . . . .

Cum sit arismeticae numeris obnoxia virtus,
Ipsorum leges explicat artis opus.
Imparibus postpone pares, divisio cogit,
Quod non dividitur, dignius esse liquet. (?)
Rursum par numerus ad corpus pertinet, impar
Ad mentem, numeris mystica clausa latent . . .

Innumeras numeris reddunt aphorismata leges,
Ipsa quidem nomen a novitate trahunt.

Digitized by Google

vom Eous und ist ein Geschenk der Juno (als Repräsentantin der Luft?). Das dritte, der Geruch, ist von der wehenden Luft erzeugt und ein Geschenk des Zephyrus. Er ist von Blumen umhüllt, und Düfte aller Art sättigen seine Nase. Niedriger ist das vierte, der Geschmack, und nur zum Dienst der andern bestimmt. Aber darum, dass die andern wertvoller sind als dies, ist es noch nicht ohne Wert. Dies wird weitläufig in vielen Gleichnissen ausgeführt:

Musica vocalis licet in systemate ducat,
Quae pueros alit ars, has elementa vocat.
Quid diesis, quid lima docet, cantus moderatur,
Organa cum citharis psalterioque regit,
Qua se lege tonus teneat? cur musicus illum
In partes aequas non secet artis ope? . . . .

Dulce melos reddunt stellae septemque planetae,
Si dandum credis artibus esse fidem.
Humanae sese celestis musica praefert,
Si res attendas, utraque mira docet . . . .
Terras metieris geometer, plana, profundum
Altaque judicio subdita cerne tuo

Basis opem tibi dat, cathetus et hypotenusa
Servit cum curva linea recte sibi.
Nomen habens a contactu miracula praebet
Angelus, ingenii gloria victa stupet.
Circine sacra tui reddit revolutio circum;
Quis causam poterit enucleare rei! . . . .

Astrorum quae sit virtus, dimensio, motus
Ars docet, cui nomen astra dedisse dabis . . . .
Inferiora movent celestia corpora, mentem
Horum suppositam legibus esse nega.
Subdita sideribus mens libertate careret,
Qua summi regis gratia ditat eam.

Den interessantesten Vergleich bietet aber die Stelle bei Thomasin von Zirclaria, weil er hier fast dieselben Autoren nennt, wie Alanus. Es führt vieles auf die Vermutung, dass Thomasin seine Gelehrsamkeit in einer nord-französischen Schule gewonnen habe.

8921. Grammaticâ lêrt sprechen rehte,
Dialecticâ bescheidt daz stehte
Vome krumben, die wârheit
Vom valsche, rethorica kleit
Unser rede mit varwe schône,
Arismetica diu gît ze lône,
daz man von ir kunst zelen sol,
Gêometrie lêrt mezzen wol,
Musica mit wîse schoene
gît uns wîstuom an die doene,
Astronomie lêrt âne wanc
der sterne natûre und ir gank.
Wir envinden niht geschriben,
daz dehein man kund die siben,
noch der liste einen gar,
daz solt ir wizzen wol vür wâr.
die besten, die wir an Grammaticâ hân,
daz was Donatus und Priscjan.
Aristarchus man von rehte sol
under die besten zelen wol.
Dialecticâ hât ouch ir diet,
die sint die besten die sie hiet:
Aristôteles, Bôêcjus,
Zeno und Porphirjus.
Rethorica diu hât niht gar
ân vrume liute bewîst ir schar.
die besten waren Tullius,
Quintiljan, Sidônjus.
an Arismethica der beste was
Crisippus und Pitagoras.
an musicâ Grêgorjus
Micalus, Millesjus,
an Geometrie was Thâles
der tiurist und Euclydes,
der Astronomie schar
was meister Albumasar,
Ptolemaeus vaner was
und vorvehter Atlas.

Lehrreich zu vergleichen ist auch, was Joan. Scrisb. im metalogicus über die sieben Künste schreibt I., 12, 13. Ueber die Grammatik schreibt er: Est enim grammatica scientia recte loquendi scribendique et origo omnium liberalium disciplinarum. Eadem quoque est totius philosophiae cunabulum et, ut ita dixerim, totius literatorii studii altrix prima: quae omnium nascentium de sinu naturae teneritudinem excipit, nutrit infantiam cujusque gradus incrementa in philosophia provehit et sedulitate materna omnem philosophantis producit et custodit aetatem. Ueber die Logik: Constat ergo exercitatio ejus in scrutinio veritatis . . . Oportuit enim esse scientiam, quae verum a falso discerneret et doceret, quae ratiocinatio veram teneat semitam disputandi, quae similem, et quae ficta sit et quae debeat esse suspecta.

Kurz gibt die Uebersicht Hugo v. St. Victor im didascalicon II., 16.

Digitized by Google